



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

D. ALCHIMI AVITI
LIBER SECUNDVS DE
 primorum parentum transgressione.

C A P V T I.

Paradisi u=
bertas & de
litiae.



Titur interea venturi nescia casus
 Libertas secura bonis; fruiturq; beata
 Vbertate loci; largos hic porrigit illis
 Tellus prompta cibos; fruticis quin
 semper opimi
 Sumitur alternus tenui de cespite fructus.
 Nam si curuati fœcundo pondere rami
 Mitia submittunt sublimi ex arbore poma:
 Protinus in florem vacuus turgescere palmes
 Incipit; inq; nouis fructum promittere gemmis.
 Iam si prædulces delectat carpere somnos:
 Mollibus in pratis, pictac; recumbitur herba.
 Quumq; voluntati sacrū nemus offerat omnes
 Delitias, opibusq; nouis se præbeat amplum:
 Hinc suaves epulas capiunt, escamq; requirunt:
 Quanq; nulla fames cogit, nec lassa fouendo
 Indigus hortatur compleri viscera venter.
 Et nisi concessum libuisset noscere pastum
 Esuries ignota cibos non posceret ullos:
 Nulla famescentem fulcirent pabula vitam.

Interea

Interea nondum transgressi iussa parentes
 Corpora nuda vident; nec se inter cernere nudos
 Dispudet; ipsa rudis fœdū nil sentit honestas.
 Non natura hominis, viciū sed causa pudori est.
 Nam quæcūq; bonus formauit mēbra creator
 Quir pudibūda forēt; neq; enim sūmi aī relicta
 Iussa Dei, quidquā conspectu turpe; sed ipsa
 Tunc mens intactos seruabat candida vīsus;
 Quin & talis erat naturæ gloria primæ
 Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
 Sidereas habitare domos: qualemq; redemptis
 Spondet reddendā mortis post tēpora Christus: Luce.20.
 Queis neq; cōiugium curæ, nec fœdere turpi
 Misererit calidos carnalis copula sexus.
 Quādo aberit gemitus, luxus, met, ira, voluptas,
 Fraus, dolor, atq; dolus, meror, discordia, liuor,
 Nullus egens, nullus cupiens, sed pace sub vna
 Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christus.

C A P V T

II.

HIs ῥωτοπλάστωμ sensum primordia sacra
 Cōtinuere bonis; donec certamine primo
 Vinceret oppressos fallacem culpa per hostem.
 Angelus hic fuerat dudum; sed criminē postquā
c Succensus